Laus rufae barbae.

Ea est Naturae humanae constitutio, ut non solum
mirabili effulgeat sua praestantia, sed et adeo singu-
lari corporis elegantia praestet, ut aliorum omnium animantium
pulchritudine facile superare censeatur. Nullum
tamen in viro sive saeculari, aut etiam Religioso lu-
culentius corporis ornamentum esse existimo, quam
barba, non quidem nigra, et minime quidem nigra, et
nequaquam quidem nigra sed rubro colore aspersa.
Huius eximias atque incredibiles laudes hodie ali-
quam Oratorem decantare, Ornatissimi Auditores,
concedite: quamquam enim verum bonum hedera non
indigeat, sol lucerna, qua illustretur, minime requi-
rat, et res adeo praeclara ac illustris sine eloquen-
tiae suavitate satis per se laudari videatur, concedite
tamen; quot enim homines tot capita, et quot capita tot
iudicia ac sententiae: quod igitur illi placet huic displi-
cet, et quod illi displicet huic placet. Dicere si-
et ex vobis, humanissimi Auditores, quidam
fuerint (ubi tamen vel paucos vel nullos fore ar-
bitror) quibus barba rubra minus forte aspectu
arriderent, iidem inquam hodierna luce, ut bon-
orum virorum decus plurimi ab omnibus in posterum